
Oratores latini
Cicero.

Ciceronis (M. Tull.) pro Marco Marcello ad Patres Conscriptos et Caium Caesarem Oratio.

Impress. Crac. per Mathiam Scharffenbergk.
1528.



On souscrit aussi à L'ITALIE chez les libraires, marchands d'estampes, directeurs des postes, et dans les cabinets littéraires.

MM. les souscripteurs sont priés de ne pas concevoir d'inquiétude quand il y aura des lacunes dans l'ordre numérique des planches. Les numéros qui manqueraient ne tarderont pas à paraître dans une des livraisons suivantes.

La carte polychrôme de l'Italie est entre les mains de M. Tardieu, graveur, et sera publiée incessamment.

La TOSCANE est complète en treize livraisons. Prix, pour les non-souscripteurs, 8 fr.

MARCI TVL. CICERONIS PRO MARCO MARCELLO ad Patres Conscriptos & Caium Cæsarem Oratio.

IOANNES BAPTISTA NOVOSOLIENSIS In laudem Ciceronis, Ad Candidum Lectorem.

Candorem illius si quis cognoscere linguę
Optat, qua celebris Martia Rhoma fuit
Osq; suum cupit ingenuum ditare venustis,
Dicendi vsa quibus terra latina modis.
Incumbat scriptis quæ Tullius ipse reliquit,
Hæc manibus verset nocte dieq; suis.
Eloquij vicit populum splendore Latinum
Victor, quo nullus maior in orbe fuit.
Hoc autore tibi tu commoda multa parabis
Ferre tuum hoc poteris nomen in astra duce.

FRANCISCVS MYMERVS LEWENBERGVS, In laudem Ioannis Baptistæ Oratoris facundissimi, Hexastichon.

Esse putes cuius concessit laurea linguæ
Cum princeps orbis maxima Rhoma fuit
Et credas Caium, cui magnæ Martia proles
Doctrinæ laudem, detulit eximiam.
In labris eius dulcissima Suada quiescit
Inq; suo Pallas pectore docta sedet.



CLARISSIMO ATQVE ERVDITISSIMO VIRO, DOMINO FRANCISCO BONER, IOANNES Baptista Nouosoliensis, Salutem.

CVm superioribus diebus uir Clarissime, nonnullis in hac urbe eloquentiæ studiosis, illos quattuor Rhetoricæ ad Herennium libros profiterer, quoniam præcepta parũ prosunt, nisi etiã exempla subijciantur, Rogatus sum ab eisdem auditoribus meis, ut eorum exercitij causa aliquam ex M. Tullio orationem in docendo subiungerẽ in qua illis artificium Ciceronis eloquentiæ Latinæ principis ostenderem, singulaq; exempla ibidem reperta, ad singulas præceptiones referrem, ut sic in usum quodammodo Oratoriæ facultatis deducerentur. Ego recto & honestissimo illorum desyderio satis facere uolens, delegi hanc M. Ciceronis orationem, luculentam, grauem, ornatam, quã ad C. Cæsarem, & P. C. habuit, cum M. Marcello, cui doctissimo ac integerrimo reditum in patriam à Cæsare impetrasset: hanc illis explicandam assumpsi, eamq; seorsum ab alijs orationibus imprimendam curaui, ut sic à dicendi studiosis facile comparari atq; haberi possit. Cum autem intra me cogitassem sub cuius nomine hæc oratio in publicum sic impressa prodire deberet, uenit mihi in mentem, quod iam sæpe ex multis audiui, te eloquentiæ studijs, & philosophiæ, iurisciulis, cæterarumq; nobilium artiũ disciplinis sumopere delectari. Quamobrem nomini tuo hanc orationem dedicandã esse censui, & eo libentius dedicãdam, q. ut audio summæ huic uirtuti hoc est eloquẽtiæ, etiam cæteras præclaras artes semper adiungas, contra morem nostrorum hominum, qui dum philosophiæ aliarumq; disciplinarum studijs indulgent, ita illis indulgent, ut dicendi scientiam omnino repudient, qui quidem mihi nullo modo laudandi uidentur. Illi uero non solum non laudandi, uerumetiam magnopere uituperandi, qui præceptis Rhetoricæ tanta incumbunt diligentia, ut philosophiam rerum pulcherrimarum scientiam, & alias artes homine libero dignas, prorsus negligant & contemnant. Quã quidem utrorumq; studendi rationem, ab ineunte ætate, cum nullos adhuc harum rerum idoneos haberem iudices, nunquam probaui. Cum uero tandem in Italia essem, hanc meam sententiam doctissimorum & prudentissimorum hominum, inter quos frequenter & cum summa delectatiõe uersari consueueram, iuditia confirmarunt. Præcipue autem animum hunc corroborauit meum consuetudo studendi Lazari Bonamici Vincentini, quo præceptore diu usi sumus, qui ex hac bene instituta studiorum ratione, laudem magni philosophi magniq; Oratoris hoc est hominis admirandi, perfectissimi, & omni honore dignissimi, cunctorum suffragijs est consecutus. Orationem itaq; hanc ab alijs semotam tibi uiro eloquentia cæterisq; nobilissimis doctrinis uirtutibusq; claro & celebri mitto, & sub splendore nominis tui in manus studiosorum edo, ut hæc oratio summi Oratoris elegãtissima, sub tuæ singularis doctrinæ præsidio secure recumbat & sub umbra magnarum tuarum uirtutum, felicissime conquiescat. Te autem etiam atq; etiam rogo uir humanissime & eruditissime, ut hoc munusculum tam grato animo à me suscipere uelis, quam ego singulari erga te obseruantia, affecto tibi mittendum decreui, quod te propter egregiam tuam in omni doctrinarum & uirtutum genere præstantiam facturum non diffido. Cracouiæ, Vicesima nona Maij. Anno salutis nostræ. Millesimo. Quingentesimo Vicesimo octauo.

AD EVNDEM DOMINVM FRANCIScum Boner, Eiusdem Ioannis Baptiste Carmen.

Quid magnis animis, quid claro stemmate nato
Dignius esse viro posset, quid honestius alto
Ingenio? quam nobilium peruoluere scripta
Authorum, totaq; illis incumbere mente.
Non nobis ludi, nec opes, non magna potestas,
Non epulæ lautę, præbent solacia tanta
Quanta ferunt nobis fœlices gaudia libri.
Cœlesti plenos fundunt dulcedine sucos.
Consilium nobis hinc, & prudentia crescit
Hinc doctrina grauis, dicendi hinc larga facultas.
Non mirum ergo tui si te Francisce beatos
Excelsi natura animi decerpere fructus
Delicijsq; frui librorum sedulo cogit.
Bibliotheca quibus tua fecundissima floret.
Inclita doctorum in qua sunt monumenta virorum.
Quam Ioue nata colit, Panaceæ spargit odorem
Per totas, habitant quas Muse & Cinthius, ędes.

M. T. C. PRO M. MARCELLO, AD P. C. ET Caium Cæsarem Oratio.

Diuturni silentij P. C. quo eram vsus his temporibus, non timore aliquo: sed partim dolore, partim verecundia, finem, hodiernus dies attulit. Idemq; initium, quæ vellem quæq; sentirem meo pristino more dicendi. Tantam em̄ mansuetudinem, tam inusitatam inauditamq; clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilē sapiētiā Cæsaris, ac pene diuinā tacitus nullo modo præterire possum. M. n. Marcello vobis, P. C. Reiq; p. reddito, non illum solum, sed etiam vocem meam & auctoritatē, & vobis & Reip. conseruatam, ac restitutam, & instauratam puto. Dolebam em̄ P. C. & vehementer angebar cum viderem virū talem, qui in eadem causa fuisset in qua ego fuissem, nō in eadem fortuna esse. Nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebā versari me in vestro veteri curriculo, illo æmulo atq; imitatore studiorum atq; laborum meorum, & quasi q̄dam socio & comite distracto. Ergo & mihi & meæ pristinæ vitæ consuetudinem. C. Cæsar interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de Repub. sperandum quasi signum aliq̄d sustulisti. Intellectum em̄ est mihi quidem in multis & maxie in meipso, & pauloante in omnibus, cum M. Marcellum Senatui Reiq; P. concessisti, commemoratis præsertim & offensionibus, te auctoritatem huius ordinis, dignitatemq; Reip. tuis vel doloribus vel suspitionibus anteferre. Ille quidem fructū omnis anteactæ vitę hodierno die maximum cœpit, cum summo consensu Senatus, tum iuditio tuo grauissimo & maximo ex quo profecto intelligis quanta in dato benefitio sit laus, cū

in accepto, tanta sit gloria. Est vere fortunatus ille, cuius ex salute nō minor pene ad omnes q̄ ad illum ventura sit lætitia peruenerit, q̄d quidem ei merito atq; optimo iure contigit. Quis em̄ est illo, aut probitate, aut nobilitate, aut optimarum artiū studio, aut innocētia, aut vllō laudis genere præstantior? Nullius tantum flumen ingenij est, nulli dicendi aut scribendi tanta vis tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas possit. Tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorem, q̄ eam quam hodierno die consecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere, idq; libenter crebris vsurpare sermonibus, omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium potentissimorūq; populorum, omnes regum clarissimorum res gestas, cum tuis, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum, posse conferri. Nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusq; potuisse peragrari, quam tuis non dicā cursibus, sed victorijs illustratæ sunt: quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, vt ea vix cuiusq; mens aut cogitatio capere possit, amens sim. Sed tamen sunt alia maiora. Nām bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easq; detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propria sint imperatorum. & certe in armis militum virtus, locorum oportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multum iuuant. Maximam vero parte quasi suo iure fortuna sibi vendicat, & quicq̄d est p̄spere gestum, id pene omne ducit suum. At vero huius glorię C. Cæsar, quam es pauloante adeptus socium habes neminē

Totum hoc quantumcunq; est, quod certe maximum est, totum inquam est tuū. Nihil em̄ tibi ex illa laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quin & illa humanarum rerum domina fortuna, in istius societatem gloriæ se nō offert, tibi cedit, tuā esse totā & propriā fatet̃. Nunquā em̄ temeritas cum sapientia cōmiscetur, neq; ad consiliū casus admittitur. Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarū genere abundantes. Sed tamen ea vicisti quæ naturam & conditionē vt vinci vi possent: habebāt. Nulla est em̄ tāta vis, tanta copia, quæ nō ferro ac viribus debilitari ac frāgi possit. Verū animū vincere, iracundiam cohibere, victoriam tempare, aduersariū nobilitate/ingenio/virtute/præstātem nō modo extollere iacentem, sed & amplificare eius pristinā dignitatē, hæc qui faciat, nō ego eum summis viris comparo: sed simillimū deo iudico. Itaq; C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabunt̃. Ille quidem neq; solum nostris, sed pene omniū gentiū literis atq; linguis. Neq; vlla vnq; ætas de tuis laudibus cōticescet. Sed tñ eiusmodi res nescio quomodo etiam cū leguntur obstrepere clamore militum vident̃, & tubarū sono. At vero cum aliquid clementer/mãsuete/iuste/recte/moderate/ sapienterq; factū in iracundia præsertim quæ est inimica consilio, & in victoria: q̄ natura & insolēs & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incēdimur: nō mō in gestis rebus, sed & in fictis: vt eos sæpe quos nunq; vidimus diligamus. Te v° quē p̄sentem intuemur, cuius mētem sensusq; & os cernimus, vt quicquid belli fortuna reliquū Reipu. fecerit, id esse saluum velis.

Quibus laudibus efferemus: q̄bus studijs p̄sequemur/ Qua beniuolentia cōplectemur: Parietes C. Cæsar mediusfidius vt mihi videtur huius curiæ tibi gratias agere gestiūt, q̄ breui tpe illa futura sit auctoritas in his maiorū suorū & suis sedib'. Equidē cū M. Marcelli viri optimi & cōmemorabili pietate, ac v̄tute prēditi lachrymas modo vobiscū viderem, oīm Marcellorū meū pectus memoria effodit, q̄bus tu & mortuis, M. Marcello cōseruato dignitatē suam reddidisti, nobilissimamq; familiā iam ad paucos redactā pene ab interitu vēdicasti. Hūc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulatiōib' iure antepones, hæc em̄ res vnius est p̄pria C. Cæsaris, cæterę duce te gestæ, magnæ illæ quidē, sed tñ multo magnoq; comitatu: huius aūt rei tu idem dux es & comes, q̄ q̄dem tanta est, vt nulla trophæis & momumētis tuis allatura sit finē ætas. Nihil aūt est opere aut manu factū, q̄d aliquādo nō conficiat, & nō cōsumat vetustas. At v° hęc tua iustitia & lenitas florescet q̄tidie magis, ita vt quantū opibus tuis diuturnitas detrahet, tantū afferat laudibus. Et cū cęteros quidē oēs victores bellorū ciuiliū iam antea æquitate & misericordia viceras, hodierno v° die teipsum vicisti. Vereor ne hoc q̄d dicā nō perinde possit intelligi auditu, atq; ego ipse cogitās sentio, ipsam victoriā vicisse videris, cū ea illa q̄ ipsa adepta erat victis remisisti Nam cū ipsius victoriæ cōditione iure oēs victi occidissem', clemētiæ tuæ iudicio cōseruati sumus. Recte igitur vnus inuictus es, a quo etiam ipsius victoriæ conditio visq; deuicta est, Atq; hoc C. Cæsaris iuditiū P. C. q̄ late pateat attēdite. Omnes em̄ qui ad arma fato sumus nescio quo Reip. misero fune

ſtoq́ꝫ cõpulſi, & ſi aliqua culpa tenemur erroris humani a ſce-
lere certe liberati ſumus. Nam cũ M. Marcellũ deprecãtibus
vobis Reip. conſeruauit, memet mihi & item Reip. nullo de-
pcãte, & reliquos ampliſſimos viros & ſibiĳpſis & patrię red
didit, quorũ & frequẽtiam & dignitatẽ hoc ipſo in cõſeſſu vi
detis. Non ille hoſtes induxit in curiã, ſed indicauit a pleriſq́ꝫ
ignorantia potius, & falſo atq́ꝫ inani metu, q̃ cupiditate & cru
delitate ciuile bellũ eſſe ſuſceptũ, quo quidẽ in bello ſemp̄ de
pace agendũ audiẽdumq́ꝫ eſſe putaui, ſemperq́ꝫ dolui nõ mo-
do pacem, ſed & orationẽ ciuiũ pacẽ efflagitantiũ repudiari.
Neq́ꝫ eñ ego illã nec vlla vnq̃ ſecutus ſum arma ciuilia, ſemp̄
q́ꝫ mea cõſilia pacis, & togæ ſocia nõ belli atq́ꝫ armorũ fuerũt,
hominẽ ſum ſecutus priuato officio nõ publico, tantumq́ꝫ a-
pud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modo
cupiditate, ſed ne ſpe quidẽ prudens & ſciens tanq̃ ad interi-
tum ruerem voluntariũ, quod quidem meũ conſiliũ minime
obſcurum fuit. Nam & in hoc ordine integra re, multa de pa
ce dixi: & in ipſo bello eadẽ etiã cũ capitis mei periculo ſenſi,
ex quo nemo erit tam iniuſtus rerꝫ ęſtimator, qui dubitet, quę
Cæſari de bello voluntas fuerit, cũ pacis auctores conſeruan
dos cenſuerit ſtatim cæteris fuerit iratior. Atq́ꝫ id minus mirꝫ
videretur fortaſſe, tum cũ eſſet incertus exitus, & anceps for-
tuna belli. Qui vero victor pacis auctores diligit, is profecto
declarat maluiſſe ſe nõ dimicare quã vincere. Atq́ꝫ huius qui-
dem rei M. Marcello ſum teſtis. Noſtri eñ ſenſus vt in pace
ſemper ſic tum & in bello congruebant. Quotiens ego eũ &
quanto cũ dolore vidi, cum inſolentiam cæterorum hominũ,

tum ipſius victorię ferocitatem extimeſcentem? Quo gratior
tua liberalitas C. Cæſar nobis, qui illa vidimus, debet eſſe. Nõ
eñ iam cauſæ ſunt inter ſe, ſed victorię comparãdę. Vidimus
tuam victoriam pręliorum exitu terminatam, gladium vagina
vacuũ in vrbe nõ vidimus. Quos amiſimus ciues, eos vis Mar
tis perculit non ira victorię, vt dubitare debeat nemo q̃n mul-
tos ſi fieri poſſet C. Cæſar ab inferis excitaret, quoniam ex ea
dem acie conſeruat quos poteſt. Alterius vero partis nihil am
plius dico quam id quod omnes verebamur, nimis iracundã
futuram eſſe victoriam. Quidã eñ non modo armatis, ſed in-
terdũ etiã ocioſis minabatur. Nec quid quiſq́ꝫ ſenſiſſet, ſed vbi
fuiſſet, cogitandũ eſſe dicebant, vt mihi quidem videantur dĳ
immmortales etiã ſi pœnas a Po. Ro. ob aliquod delictum ex
petiuerint, qui ciuile bellum & tam luctuoſum excitauerunt,
vl placati iam vl etiã ſaciati aliquãdo omnẽ ſpẽ ſalutis ad clemẽ
tiam victoris & ſapientiam contuliſſe. Quare gaude tuo iſto
tam excellenti bono, & fruere vna cum fortuna & gloria, tum
etiã natura & moribus tuis, ex quo quidem maximus eſt fru
ctus iucunditaſq́ꝫ ſapienti. Cætera cum tua recordabere, & ſi
perſæpe virtuti, tamen plerũq́ꝫ fœlicitati tuæ gratulabere. De
nobis quos in Republica tecum ſimul ſaluos eſſe voluiſti, q̃-
tiens cogitabis, totiens de tuis maximis beneficĳs, totiens de
incredibili liberalitate, totiens de ſingulari ſapientia tua cogi-
tabis: quæ non modo ſumma bona, ſed nimirum audebo vel
ſola dicere. Tantus eñ ſplendor in laude vera, tanta in magni
tudine animi & conſilĳ dignitas, vt hęc a virtute donata, cęte
ra a fortuna commodata eſſe videantur. Noli igitur in conſer

uandis viris bonis defatigari non cupiditate aliqua præsertim
aut prauitate lapsis, sed opinione officij stulta fortasse, certe nõ
improba, & specie quadam Reipublicæ. Non eñ aliqua tua
culpa est, si te aliqui timuerunt. Contraq; summa tibi laus est,
ꝙ pleriq; minime timendum fuisse senserunt. Nunc venio ad
grauissimam querelam, & atrocissimam suspitionem tuam, q̄
non tibi ipsi magis quam cum omnibus ciuibus, tum maxime
nobis, qui a te conseruati sumus prouidenda est, quã & si spe-
ro esse falsam, nunquam tamen extenuabo verbis. Tua enim
cautio nostra cautio est, vt si in alterutro peccandum sit, ma-
lim videri nimis timidus, quam parum prudens. Sed quisnam
est iste tam demens? qui scilicet tibi insidiaretur? De tuis ne?
Tam & si qui magis sunt tui quã quibus tu salutem insperan-
tibus reddidisti? An ex eo numero qui vna tecum fuerunt?
Non est credibilis tantus in vllo furor, vt quo duce oĩa sum-
ma sit adeptus, huius vitam non anteponat suæ. At si tui nihil
cogitant sceleris, cauendum est ne quid inimici. Qui? Omnes
enim qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt, aut tua
misericordia retinuerunt, vt aut nulli supersint de inimicis, aut
qui superfuerunt, sint amicissimi. Sed tamen cũ in animis ho-
minum tantæ latebræ sint & tanti recessus, augeamus sane sus
pitionem tuam, simul enim augebimus & diligentiam. Nam
quis omnium tam ignarus rerum, tam rudis in Republica, tã
nihil vnq; nec de sua nec de communi salute cogitans, qui nõ
intelligat tua salute contineri suam? & ex vnius tui vitam pen
dere omnium? Equidem de te dies noctesq; vt debeo cogi-
tans casus dumtaxat humanos & euentus incertos valitudi-

nis & naturæ communis fragilitatem extimesco. Doleoq; cũ
Respublica immortalis esse debeat, eam in vnius mortalis ani
ma consistere. Si vero ad humanos casus incertosq; motus va
litudinis sceleris etiam accedat insidiarumq; consensio, quem
deum etiam si cupiat, posse opitulari Reipublicæ credamus?
Omnia sunt excogitanda tibi C. Cæsar, excitanda vni, quæ ia
cere sentis belli ipsius impetu, quod necesse fuit, perculsa ac
prostrata plura videre, constituenda iuditia, reuocanda fides
comprimendæ libidines, propaganda soboles, omniaq; quæ
delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. Non
fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantoq; animorum ar-
dore & armorum, quin quassata Respublica quicunq; belli
euentus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis, &
præsidia stabilitatis suæ. Multa quæ vterq; dux faceret arma-
tus, quæ idem togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem nunc
tibi omnia belli vulnera sananda sunt, quibus præter te mede
ri nemo potest. Itaq; illam tuam præclarissimam & sapientissi
mam vocem inuitus audiui, satis te diu vel naturæ vixisse vel
glorie. Satis si ita vis fortasse naturæ, addo etiã si placet gloriæ,
Ad id quod maximum est patriæ, certe parum. Quare omit-
te quæso istam doctorum hominum in contemnenda morte
prudentiam. Noli nostro periculo sapiens esse. Sæpe enim
venit ad meas aures te idem istud nimis crebro dicere, satis te
tibi vixisse. Credo, sed tum id audirem, si tibi soli viueres, aut
si tibi soli etiã natus esses. Nunc cum omnium ciuium salutem
cunctamq; Rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint, tan-
tum abes a perfectione maiorum operum, vt fundamenta q̄

cogitas nondum ieceris. Hic tu modum vitæ tuæ non salute Reipublicæ, sed æquitate animi definies? Quid si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cuius te esse auidissimum quamuis sis sapiens, non negabis. Parum ne igitur inquies gloriam magnam relinquimus? Immo vero alijs quamuis multis satis, tibi vni, parum. Quicquid enim est quamuis amplum sit, idē certe parum est, tum cum est aliquid amplius. Quod si rerum tuarum immortalium C. Cæsar hic exitus futurus fuit, vt de uictis aduersarijs, Rempublicam in eo statu relinqueres in quo nunc est, vide quæso ne tua diuina virtus, admirationis plus sit habitura, quam gloriæ. Siquidem gloria est illustris peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hęc tibi igitur reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandū est, vt Rempublicam constituas, eaq; tu imprimis composita cum summa tranquillitate & otio perfruare. Tum te, & si voles, cum & patriæ quod debes solueris, & naturam ipsam expleueris sacietate viuendi, satis diu vixisse dicito. Quid est em̄ omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? quod cum venerit, omnis voluptas pręterita pro nihilo est, quia postea nulla futura est. Quanq; iste tuus animus nunq; his angustijs quas nobis natura ad viuendum dedit contentus fuit, semperq; immortalitatis amore flagrauit. Nec vero hæc tua vita dicenda est, quę corpore & spiritu continetur. Illa inquā illa vita est tua Cæsar, quæ vigebit memoria seculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper intuebitur. Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet, quæ, quidē

& quæ miretur iam pridem multa habet. Nūc etiam quæ laudet expectat. Obstupescent posteri certe, imperia, prouintias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibilesq; victorias, monumenta innumera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed nisi hæc vrbs stabilita tuis consilijs & institutis fuerit, vagabitur modo tuum nomen longe atq; late. Sedem autem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam qui nascētur, sicut inter nos fuit magna dissensio, cum alij laudibus ad cœlum res tuas gestas efferrent, alij fortasse aliud requirent, idq; vel maximum nisi belli ciuilis incendium salute patriæ restrinxeris, vt illud fati fuisse videatur, hoc consilij. Serui igitur ijs etiā iudicibus, qui multis post sæculis de te iudicabunt. E quidem scio an incorruptius quam nos. Nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabunt. Id autem etiam si tunc ad te vt quidam falso putant, non pertinebit: nunc certe pertinet te esse talem, vt laudes tuas obscuratura nulla vnquā sit obliuio. Diuersæ voluntates ciuium fuerunt, distractæq; sententiæ. Non enim consilijs solum & studijs, sed armis etiam & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces. Multi dubitabant quid optimum esset. Multi quid sibi expediret, multi quid deceret, nonnulli etiā quid liceret. perfuncta est Respublica hoc misero fataliq; bello. Vicit is qui non furore inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Neq; omnes quibus iratus esset, eosdem etiā exilio aut morte dignos iudicaret. Arma ab alijs posita, ab alijs erepta sunt. Ingratus est iniustusq; ciuis, qui ar-

morum periculo liberatus animum tamen retinet armatū, vt iam ille sit melior qui in acie cecidit, quam qui in causa animā profudit. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem alijs constantia videri potest. Sed quia iam omīs fracta dissensio est armis & extincta æquitate victoris. Restat vt omnes vnum velint, qui habent aliquid non sapientiæ modo sed etiā sanitatis, quia nisi te C. Cæsar saluo etiā in ista sententia, qua cum antea tum hodie maxime vsus es, manente salui esse non possumus, Quare omnes te qui hæc salua esse volumus, & hortamur & obsecramus, vt vitæ, vt saluti tuæ consulas, omnesq; tibi, vt ꝓ alijs etiā loquar, id quod de meipso sentio, quoniam subesse aliquid putas quod cauendum sit, non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. Sed vt vnde est orsa in eodem oratio mea terminetur, maximas, tibi omes gratias agimus C. Cæsar, maiores etiā habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium præcibus & lachrymis sentire potuisti. Et quoniam non est omnibus astantibus necesse dicere. A me certe dici volunt, cui necesse est quodammodo & quod volūt certe & quicquid fieri decet, & quod M. Marcello a te huic ordini P. Q. R. & Reipub. reddito fieri intelligo. Nam lætari omnes non vt de vnius solum, sed vt de communi omnium salute sentio. Quod autem summæ beneuolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus nota semper fuit, vt vix Marco Marcello optimo & amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemini, cum id sollicitudine cura laborare tam diu præstiterim quam diu est de illius salute dubitatum, certe hoc tempore magnis curis, mo-

lestijs, doloribus, liberatus præstare debeo. Itaq; Caie Cæsar sic tibi gratias ago, vt me omnibus rebus a te nō seruato solum, sed etiā ornato, tamen ad tua in me vnum innumerabilia merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.






Impressum Cracouiæ, per Mathiam Scharffenbergk. Anno domini, Millesimo Quingentesimo Vigesimo octauo. 5o Maij.

15e. LIVRAISON.


SONINO


ROME


CAMPAGNE DE ROM


HERCULANUM


POMPEÏ

L'ITALIE,

LA SICILE, LES ILES ÉOLIENNES, L'ILE D'ELBE,

la Sardaigne, Malte, l'île de Calypso, etc.


D'après les inspirations, les recherches et les travaux

DE MM. LE VICOMTE DE CHATEAUBRIAND, DE LAMARTINE, RAOUL-ROCHETTE, LE COMTE DE FORBIN, PIRANESI, MAZZARA,

ET DE NAPOLÉON, DENON, SAINT-NON, LORD BYRON, GŒTHE, VISCONTI, CICOGNARA, LANZI, DE BONSTETTEN, SWINBURNE, ETC.

ROYAUME DE NAPLES,

PAR M. G. D. DE LA CHAVANNE.


PALERME



VENISE

SITES, MONUMENS, SCÈNES ET COSTUMES,

D'APRÈS Mme. HAUDEBOURT-LESCOT, MM. HORACE-VERNET, GRANET, ISABEY, CICERI, MAZZARA, LE MAJOR LIGHT, LE CAP. BATTY, COOKE, GELL ET GANDY, PINELLI, FERRARI, ZUCOLI, ET BEAUCOUP D'AUTRES ARTISTES ITALIENS.

RECUEILLIS ET PUBLIÉS PAR AUDOT PÈRE,

Membre de la Société de Géographie.


FLORENCE


GÊNES

Paris.

AUDOT FILS, LIBRAIRE-ÉDITEUR,

RUE DU PAON, 8, ÉCOLE DE MÉDECINE.

1834.


PAUSILIPE


ROME NAPLE